

mus: vbi nimirum neq; deui&tum, neq;
 planè alteratum ebullitionis tempore
 fuerit. Sanè huius excrementi gratia,
 quidam succos, non nisi coctos repo-
 nunt, alij in sole feruenti præsiccatos.
 Nam terrei aërei&q; gratia non admodū
 corruptendos metuunt, cum ea sepa-
 rari videantur, ægrè corruptibilem for-
 tita substantiam, temperamenti siccita-
 te communitam. Subiūgit postmodum
 qualitates diuersas, quæ partium diuer-
 sitatem sequantur: Cæterūm, inquiens,
 in Rosæ natura, aliud gustantibus acer-
 bum est, quod terreum vt sit, & crassum
 frigidum&q; necesse est: aliud verò ama-
 rum, quod tenue est, & calidum: & ter-
 tium in his aqueū, necessariò quidem,
 sed in tenuitatis, crassitudinisq; opposi-
 tione quadantenus succorū mediū, &c.

Cap. 3.

Quarto item simplicium apertè monet,
 cauendum esse, ne nobis accidat, quod
 alijs, qui de vino, oleo, aliisve consimi-
 libus ita sentiant, quasi omnia similariū
 forent partium, cùm tamen aut impos-
 sibile sit, aut per difficile ullam inuenire
 substantiam, quæ ad amissim similiū
 sit partium. Ita vinum, præter meliorem
 sui